

Mariae cupiens adaugeri vidensque praedictum altare in cottidiana missa neglectum villam dictam Ergkinbrechstorf^{a)} a strennuo Nicolao dicto Kuchenmeystir et patre eius iusto emptionis titulo interveniente cum praesentatione ecclesiae villae praedictae ad praescriptum altare suis pecuniis emendo comparavit, quam quidem villam altaris, in qua sitae sunt sex sexagenae et decem et novem grossi census, cum praesentatione ecclesiae, cum silvis rubetis pascuis agris et agrorum cultibus et cum singulis attinentiis, cum iuribus usibus fructibus proprietatibus dominiis proveniuntibus et utilitatibus ad ipsam pertinentibus, velut in suis limitibus et reynis ab antiquo est dimensionata et hucusque a fidelibus nostris videlicet Nicolao Kuchenmeyster et patre eius pia recordationis habita est et possessa, et curiam in Dresden circa valvam s. Crucis sitam donavimus incorporavimus annectimus et etiam in his scriptis donamus appropriamus et proprietatis titulo in dictum principalem rectorem transferimus, suos et in successores, nobis tamen et posteris nostris iudicium supremum et consuetudines prius in bonis eisdem habitas reservantes. Volumus igitur saepedictum primarium rectorem altaris immediate praedicto altari de missa cottidiana providere ipsumque cum secundario eorumque successores personaliter residere et ut infra annum sacerdotio coniungantur. Cetera vero de secundario volumus quod fiant sicut in litteris prius desuper confectis continetur. Ut igitur omnia et singula nostrae foundationis donationis appropriationis necnon institutionis et quaelibet suprascripta robur obtineant perpetuum, praesentia nostrorum sigillorum appensionibus sunt munita praesentibus nobilibus domino Heydone de Dony, domino Friderico de Schonburg domino in Gluchow, Friderico de Palentzk milite residenti in Hersteyn, Henrico de Lengefelt et Vlrico de Grünrode famulis et aliis pluribus fide dignis. Data et acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo in die sancti Vdalrici confessoris.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden. An der Urk. hängen die Siegel der Markgrafen Balthasar und Wilhelm an Fäden von rother und grüner Seide. Das auf gleiche Weise befestigt gewesene Siegel des Markgrafen Friedrich ist abhanden gekommen.

a) Grosserkmannsdorf (auch Grossenerksdorf), Eph. Radeberg.

No. 79. 1377. 1. Aug.

Bischof Johann von Meissen bestätigt dem Marien- und Maternaltar in der Capelle zum h. Kreuz die durch die Markgrafen überwiesenen Ausstattungsgüter (No. 71 u. 78). Pro primo rectore sedecim sexagenas sitas in villis Maroldisdorf, in Viknendisdorf, quae sitae sunt prope Dresden, in Erkinbrechtisdorf, quae sita est prope Radeberg; pro secundo vero octo sexagenas sitas in villa dicta Luzen, quae est prope Dresden — Datum Stolpn in nostro castro — in die sancti Petri ad vincula.

Orig. mit dem Siegel des Bischofs im Rathsarchiv zu Dresden.

No. 80. 1379. 5. Juni.

Burger vnde scheppin der stad zcu Dresden Francz Koczenrode burgermeister, Heinczel Houkendorf, Tycze Buling, Heinczil Zcygeler, Peter Munczemester, Peter Zewigis, Pael Kotheler vnde andern gesworn daselbins geloben, nach Anweisung ihrer Herren der Markgrafen an Bischof Johann von Mersburg jährlich 40 Schock guter Prager Groschen halb auf Michaelis und halb auf Walpurgis so lange zu zahlen, bis die Wiedereinlösung dieses Zinscs durch die Markgrafen erfolgt sein wird. Daz gelobe wir ym in guten truwen — vnde zcu siner hant den erwern luten